



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

**Illvstri Regi Danorum.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

PRIORI ET CAPITVLO  
beata Maria de Salis Bituricensis.

Epi. 64.  
Confessio Bla.  
1514 Ecclesie  
de Salis.  
**S**oleat annuere sedes apostolica p̄is votis, & honestis potentium precibus favorem benivolum impertiri. Sanè, sicut ex tenore vestiarum litterarum accepimus, vos ad diffensionis materiam amputandam, quæ pro donationibus præbendarum Ecclesiæ vestræ s̄epius emergebat, de assensu venerabilis fratris nostri Guillelmi Bituricensis Archiepiscopi communiter statuistis quod postquam Ecclesiæ vestræ præbendas ad duodenarium devenerint numerum, qui per ipsum Archiepiscopum & vos etiam in vestra est Ecclesiæ institutus, præbendas quæ vacaverint Bituricensis Archiepiscopus, qui pro tempore fuerit, personis quibus voluerit secundum Deum conferat & assignet, ita quod is qui ab eodem fuerit institutus, Priori obedientiam faciat, & circa eum Prior correctionem habeat, quemadmodum circa tales habere haecenus consuevit. In hominibus vero, terris Ecclesiæ, ac omnibus aliis, Prior & Capitulum debitam jurisdictionem obtineant, & haecenus consuetam. Vacante vero Bituricensi Ecclesiæ, si quam in Ecclesiæ vestra præbendam vacare contigerit, illam absque contradictione cujusquam conferat solus Prior. Cedente vero vel decedente Priore ipsius Ecclesiæ, Canonici ejusdem loci liberam eligendi Priorem habeant facultatem, & illa in hoc articulo gaudient libertate qua Ecclesiæ alia in Bituria posita gaudere noscentur. Hoc etiam constitutum sacrosanctis tactis evangelii servaturos vos in perpetuum promisistis. Nos igitur vestris precibus inclinati, statutum ipsum, sicut p̄iæ ac providè factum est, auctoritate apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Salvo in omnibus apostolicae sedis mandato. Nulli ergo &c. hanc paginam nostræ confirmationis infringere vel ei &c. usque incursum. Datum Laterani vii. Idus Aprilis, anno tertiodecimo.

ILLVSTRI REGI  
Danorum.

Epi. 67.  
Recipitur sub  
prætatione se-  
di apostolice.  
Vid. lib. 11.  
Epi. 103. 104.  
**Q**uod orthodoxa fidei zelo succensus ad laudem divini nominis & Christianæ religionis honorem signo crucis assumpto, ad reprimendam feritatem incredule nationis regalis exercere decrevisti gladium potestatis, pium devotionis tuae propositum in Domino commendamus; illudque favoris apostolici gratia profe-

Tom. II.

quentes, personam & regnum tuum cum omnibus bonis tuis sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, statuentes ut quādiu vacaveris operi hujusmodi pietatis, integra maneant, & à cujuslibet temeritatis incursu quieta consistant. Verum tuam regalem prudentiam commonemus ut ita providè tibi & tuis caveas undecunque, ne, quod absit, sub nostræ protectionis praetextu quamlibet te contingat sustinere jacturam. Datum Laterani Nonis Maij, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

ILLVSTRI REGINÆ  
Francorum.

Epi. 66.  
De causa dl-  
vorij.  
Vide supradicta lib.  
10. epif. 176.  
lib. 11. epif.  
180. 181. 182.  
**S**uper amaritudine in qua es paterno tibi compatientes affectu, serenitatem tuam consolando monemus ut quæ alios cum Rego conforto tuo per matrimonialib. ipsius copulam accessisti rectura, venanda Regina tui, te regas in imminētis pugna molestia, per quam Deus tuam voluit examinare virtutem, sic in omnibus quæ adversa videntur & dura te formans ut plus ex formidine mentis ea quād ex necessitatibus instantia preferendo, non tam pareas quād super his assentias voluntati divinit, nec unquam tristis excipiens quod acciderit contra votum, tributum tuum hilaris, non invita, perfolvas; attendens quod univerfa quæ in miseria hujus mundo à quounque penduntur, quasi quādam necessaria sunt humanæ vitae tributa, quorum immunitatem nemo poterit cum effectu vel petere vel sperare. Quapropter, carissima in Christo filia, de tua te consolare forruna, & animum induendo virilem, ab ipsius constantia non recedas; ut quasi de proprio fato conquesta, illud tibi gemas accidere quod multis indignioribus non vidēris evenire. Cū enim sine adversario virtus marceat, quæ quanta sit, aut quid valeat, tunc appetat cū illam patientia manifestar, in exaggerationem doloris nequaquam est pervertendum quod verius potest ad consolationis materiam imputari. Pater quippe ecclesiæ carnalium more parentum, non educantium filios in delitiis, quos intendunt ad virtutem compонere, te per hanc voluit experiri, & sibi, non tamquam delicatam, sed sicut electam filiam præparare. Qua de re periculosis reputans quod in reprobis altit̄ audacia per licentiam quād quod virtus per disciplinam proficit in electis, patientiam tuam feras humiliter exerceri, & quia patientibus patienter passio non est pati, sic æquanimiter sustineas universa quod ille in cuius

K k k